

rante editionem Simone Budnæo. Hunc librum refutarunt Racovienses, Gregorii Pauli potissimum opera. Cui scripto Palæologus iterum opposuit librum sub hoc titulo :

d) *Defensio veræ sententiæ de Magistratu politico* : itidem Losci, Budnæi opera, anno 1580, impressa. Ad hunc librum responsum dedit pro Racoviensibus F. Socinus, anno 1584.

Ejusdem Palæologi ut et Matthiæ Glirii ac Davidis, Francisci Davidis filii, opera, emissus est in lucem, anno 1580, 8°, liber sub hoc titulo :

e) *Defensio Francisci Davidis, in negotio de non invocando Jesu Christo in precibus*. In quo libro hæc sequentia continentur :

Theses IV Fr. Davidis de non invocando Jesu Christo in precibus sacris, propositæ F. Socino.

Responsio F. Socini ad dictas theses.

Francisci Davidis confutatio Responsionis Faustinae.

Judicium Ecclesiarum Polonicarum, de causa Francisci Davidis, in quæstione de vera hominis Jesu Christi, filii Dei viventis, invocatione.

Confutatio vera et solida Judicii Ecclesiarum Polonicarum, de causa D. Francisci Davidis, in quæstione de vera hominis Jesu Christi filii Dei viventis invocatione. Authore clarissimo philosopho et theologo, Doctore Jacobo Palæologo. Cui præfixa est præfatio ad omnes fratres et ministros ecclesiæ Jesu Christi unum Deum, qui est solus Pater, profitentis. Huic confutationi insertum est :

Scriptum fratrum Transylvanorum ad N. N. In quo habetur narratio rerum, memoratæ controversiæ causa, in Transylvania gestarum. Hæc in memorata Defensione continentur : quæ primo Francofurti ad Mœnum excusa, postea vero per Alexium Rodecki Cracoviæ recusa est, quem propterea ut et propter alia ejusdem generis in carcerem conjectum fuisse refert F. Socinus, ep(istola) 30 ad M. Radecium ¹.

1. Sandius (Christophorus Chr.), *Bibliotheca Anti-Trinitariorum, Freistadii, apud Johannem Aconium, 1684*, in-8°, p. 58 à 60. Notre Bibliothèque nationale possède un exemplaire de ce livre, sous la cote : Invent. D² 4970.

